

**Dissertationem medicam de mania / ... sistit Johannes Gothofredus  
Bergerus. Respondente Friderico Gothofredo Glück.**

**Contributors**

Berger, Johann Gottfried von, 1659-1736.  
Glueck, Friedrich Gottfried, 1662-1707.

**Publication/Creation**

Lipsiae : Literis Johannis Georgii, [1685]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/r7hs93nn>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIONEM MEDICAM  
*De*

MANIA,

Consensu

*Gratiosæ Facultatis Medicæ,*

*In*

*Illustri Academiâ Lipsiensi,*

PRO LOCO

In Eâdem, suo tempore, assequendo,  
solenniter  
sistit

JOHANNES GOTHOFREDUS  
BERGERUS, Med. Doct.

RESPONDENTE

FRIDERICO GOTHOFREDO Gluck/  
Numburgensi Misn.

*Ad diem 3. Jul. M DC LXXXV.*

In Majoris Ppum Collegii Auditorio Majori,  
Horis ante- & pomeridianis.

---

LIPSIÆ

Literis JOHANNIS GEORGI,

DISSENTATION MEDICAM

ALIA

Corinth

CHANCERY

PROFESSOR

PROFESSOR

PROFESSOR

PROFESSOR

JAMES GUTHRIE

JAMES GUTHRIE

JAMES GUTHRIE

JAMES GUTHRIE

JAMES GUTHRIE

JAMES GUTHRIE

JAMES GUTHRIE

JAMES GUTHRIE

JAMES GUTHRIE

JAMES GUTHRIE



# LECTORI S.

Aniam dissertationis frons exhibet, affectum, inquam, ab aliis jam dudum excussum licet, excuti tamen identidem haud indignum. Exercet ille ægrotantium corpora, exercuit & medentium ingenia, ut complures eorum ad <sup>θεῖον</sup> confugerint aut in occultarum qualitatum sese ibula receperint. Enimverò Democritus olim ad investigandam ejus causam, bilis naturam sedemque evisceratis diversorum animantium cadaveribus <sup>ἐν</sup> quæsierat. Contrà Abderiti irriserunt eum, i- pro insaniente habuerunt. At verò aperta hodiè snatura, notus & generationis locus, nec motus ob- rus extat, ignotâ tamen nihilominus hucusque ge- nâ Maniæ causâ, non nisi cum animalium spirituum, orum vitiata diathesin illa consequitur, indole ex- ofundo Democriti puteo hauriendâ demum. Ego, n hîc quid audeo, mitius Abderitorum illo iudicium ro. Posui, quod hâc ætate potui. Nil urgeo, am- abus potius ulnis sequar quemvis rectiùs sentien- tem, imò emendandarum conjecturarum operâ ipse defungar. Adjuvet  
DEUS!

## §. 1.

**N**on multum autem in dissertationis limine nominis operibimur scrutinio, quandoquidem genuinam ejus significationem, cuius hodiè apertam, ista insuper etymologi derivat quâ ἀπὸ τῆς μαίνεσθαι, h. e. furere, desumi consuevit, penitissimè exprimit, & Latinis indè furor, nostra quoque Germanice Raserey oder Unsinnigkeit appropriatè dicitur. Missis proinde nominalibus, in rei ipsius descensuri penetralia, definimus *Mania* *Delirium furiosum* (seu cum furore & audaciâ) sine febre, ab irrationali & impetuoso ignitorum animalium spirituum motu proveniens.

## §. 2.

*Generis loco* Delirium ponimus, quod maximè de symptomatis hujus, in quo læsa ratiocinatio nulli non manifestissimè patens sententiâ est, *limitatum* cum primis à conjunctis, furore, seu sævitate se aliosque, & audaciâ sine febre, quibus à Phrenitide, quæ cum febre & Melancholiâ, in qua metus ac mœroris plena sunt omnia, distinguitur.

## §. 3.

*Subjectum primarium* sunt Spiritus animales, sensus illi & intuitus artifices in corpore, quatenus à temperie genuinâ, puritateque luciditate, in igneam naturam degenerant. Non autem hæc de minore radiantis splendore, rationalis animæ affectio est, quia in se non nisi merus intellectus, sive lumen substantiale & intellectuale, adeo ἀπὸ αὐτῆς est ac stultescere nescia; sed sola id omne instrumenta illius, Spiritus, sustinent, aut, si malis, corporea anima, morbis utitur & amentię obnoxia, unde bruta etiam dicitur.

## §. 4.

Hanc duabus constare partibus, flammeâ alterâ, in sanguine gliscente, vitali, alterâ lucidâ, in cerebro nervisque lucente, sententiâ, ex subtilissimè Anglorum, *Tb. Willisii*, libro de anima brutorum repeto, quas Spiritus vitalis & animalis nominibus à functionibus suis Scholæ jam pridem adpositè appellarunt. Quanquam enim eâ naturæ necessitudine mutua spirituum opera conjuncta sint, ut credendum perfectæ animalitatis actum unus sibi solus non suffici-

sed alter alterius amicam opem postulet : Ab isto tamen ( vitali )  
actiones magis sic dictas vitales, sicut ab hoc ( animali ) animales pro-  
ximè dependere, & hæcenus apud plerosq; Medicorum receptum est,  
& utriusq; Spiritus natura ac indoles oppidò evincit.

§. 5.

Vitalis namq; Spiritus non quidem nisi subtilissima, luminosa  
& maximè activa sanguinis portio est, quæ ex utriusque lucidæ semi-  
nalis parentum auræ confermentativâ connexionione in lymphatico  
naterni ovuli colliquamento primitus accensa, dum ex dicto jam se-  
minali liquore, ceu radicali humido, idearum suarum ductu, partes  
machinæ corporeæ format, formatas debiti nutrimenti præparatione  
& adpositione auget, conservat & individuo vivido calore fulgoreq;  
per vitam perfundit, exsequendis vitæ muniis nunquam non inde-  
fessè operatur. Tantò tamen lucis vestigiò, puritate, & temperatu-  
râ in sanguine non emicat, ut & nobilioribus animæ functionibus,  
quas animales vocant, præesse possit, cum igneæ flammæ, infestæ  
animali regimini, majorem mixturam habeat, ut Dania illud clarif-  
simum olim sidus, *Th. Bartholinus de homin. & brut. luce p. 324.*  
loquitur.

§. 6.

In cerebro autem radians, & continuatâ hinc per nervos ema-  
natione universum irradians corpus, animalis Spiritus purissimâ luce  
plendet, temperieque pro animalium functionum ministerio aptissi-  
mâ gaudet, qui è spirituosissimis lucidis vitalis flammulæ moleculis, à san-  
guinis massâ intra cerebri secretis glandulas, & limpidissimæ harum  
lymphæ exceptis vehiculo, sicque magis attemperatis, subtilisatis &  
purioribus, nobilioribus redditis, generatus, dum per medullosæ  
substantiæ quascunque agitur vias, hincque citissimâ per ner-  
vosum systema undulatione, corpori cõexpansus, objectorum sen-  
suum in sensuum organis impressiones recipit, ad eandem me-  
dullam, tanquam emporium spirituum, menti offerendas defert,  
easdem variè distingvit, componit, retinet, aut iterum pervolvit &  
denuò exhibet, vel novas inde elicit, hujusque nutu motrices muscu-  
lorum fibras variè impellit, sensuum & motuum, cum interiorum,  
tum exteriorum, mentisque abstrusas edere functiones dicitur. *Con-  
fer. Nob. Sturmij phys. conciliatr. conamin. part. specialis. sect. post.*

Has ut inculpatè obeat, genuinâ ejus indole opus est, ad quæ tria potissimum cum immortalis famæ Viro, *Dan. Sennerto, prax. c. 15.* requirimus. *Primò, ut temperatus, humidus, calidus quia sed vitali spiritu longè temperatior sit.* Cum enim vita validum, sus moderatum calorem requirerent, ideò, ne animale regionem impetuosius perrumperet vitalis flamma, glandulosam cerebri substantiam non exterius tantum opposuit, sed interioribus etiam dullæ, spinalis quoque, recessibus, demonstrante *Cl. Malpighio, de cerebri cort. c. 1.* inseruit provida natura, non alium credimus in finem quam ut egredientes hinc vitales igneos Spiritus perpetuis unâ nascaturiens ærea lympa reciperet, attemperaret, & obeundis sic malibus muniis aptatas, veluti humidum ignem, sive in humida lymphâ, lucentem (uti liquidos in aquâ mechanica hodiè exhibet, de quibus *Ephemerid. Germ.* annus 8. consulatur) in medullam diffunderet substantiam. Ne verò nova hæc æstumes, en passant euntem magnum *Hippocratem*, qui postquam tum animantia omnia tum hominem ipsum, ex duobus, facultate quidem diversis, usu vero consentientibus, igne nimirum & aquâ, constare, prorsus ad recentiorum quorundam mentem, qui corpora cuncta vel proximè, vel remotè, ex aquâ solidari, spiritibus autem, qui igneæ indolis sunt, non veri ac vivificari asserunt, elegantissimè edocuit, ipsam tandem, uti contextu colligitur, sensitivam animam, cujus hypostasim animam formant Spiritus, ex iisdem contemperatam ac commixtam esse, expressè pronunciat *l. 1. de Dieta: εἰσέρπει δὲ, inquit, ἐς αὐτὸ πῶς ψυχὴ πῦρ καὶ ὕδωρ* & σύγκρησιν ἔχουσα, μοῖραν σαμάρων αὐτῶν. Irrepat autem in hominem anima, ignis & aquæ temperationem sortita, corporis humani portionem. Quod idem de perfectioribus etiam animantibus docens, & ex diversa ignis & aquæ commixtione, memoriæ ac prudentiæ diversitatem in hominibus deducens, inferius paulò eodem loco repetit, ut ex §. 17. ulterius patebit. *Secundò* requirimus, ut *subtilis, purus, lucidus sit*, quod *Galenus l. 7. de Hippocrat. & Plat. sent. c. 4. & comm. 4. in 6. epidem. t. 28.* suo jam tempore docuit, & alios inter laudatus *Bartholinus l. c. l. 3. c. 1.* disertissimis demonstrat. Quâ omninò de causâ secretus sic sanguine & attemperatus in cerebri glandulis animalis Spiritus pro-

actionum suarum exercitiò in amicissimâ lucis medullâ, ceu regiò  
 alatiò, confluit, & per ejusdem substantiæ nitidissima vasa, in uni-  
 versum emanat corpus, ut rerum icónas & impressiones determinato,  
 ad impervestigabili à nobis motu ac undulatione lumineque suò re-  
 ipere, & configuratione citissimâ per continuam hypostasim  
 speculanti in meditullio cerebri animæ exactè ac distinctè repræsen-  
 tare, & reliqua hinc animæ munia laudabiliter exsequi valeat; ne in-  
 uinatus aut intemperatus non ad objectorum tantum à sensibus ex-  
 ternis oblatorum hinc depravatam receptionem, sed propriam quoq;  
 somniam phantasmata sibi formet, tùm animo, tùm corpori exitio-  
 . Et ut liberè tandem, quod volumus in re arduâ & dubiâ, hîc ex-  
 onamus, in certa purissimâ æereâ cerebri lymphæ cum lucidis vita-  
 Spiritus particulis contexturâ, animalium spirituum hypostasim  
 ndatam statuimus, freti Hippocratico isto, nec alienos adeò à nobis  
 dentes celeberrimos Medicos, *Willisium in Anat. cerebr. c. 19. p. 95.*  
*96. Bobnium in dis phys. 15. Wedelium in phys. med. sect. 2, c. 6. & il-*  
*lrem naturæ consultum, B. de Verulamio in augment. scient. p. 115.*  
*p. c. 3. Tertiò, ut ordinatè ac certò regulari motu influat, ac animæ*  
*oin morigerus sit, ne turbatò istò dominari nesciat, aut frustrâ*  
*ominetur superior anima.*

#### §. 8.

Præsidet nimirum Mens & unita est corpori animalium spiritu-  
 n interventu, quorum hinc duplicem hîc annotari motum par est.  
 operatum unum, ex rationis pendentem nutu, quo radios istorum  
 actus superiores, pro libitu hæc moderatur & regit, sicque à bruto-  
 m actionibus nostras distingvit : alterum proprium, ab ipsa eorum  
 cidâ, & mobili, ab inditis sibi, aut impressis adventitiis directrici-  
 is ideis, essentiâ procedentem. Hunc mentis directioni contrari-  
 n haud rarò videas, dum hujus imperio se subducentes Spiritus  
 n ad carnem tantum, ob intimiorem cum hac affinitatem, illecebras  
 luptatesque, aut quosvis excessus sensuales alios seducunt homi-  
 m, ratione pollentem, sed & planè insanire cum ratione ac brute-  
 ere, quin inferiorem sæpè brutis reddunt, prout in maniacis & si-  
 ulacris horum, ebriis ac iracundis, observare datur. Ut adeò do-  
 ndus omninò ( consideramus autem corruptam hominis conditio-  
 m ) sit ærumnosus mortalium status, quod divinæ originis sapientis-  
 sima

simamens alligata sit sensitivæ huic animæ : Enti videlicet im-  
concupiscentiis, illecebris & voluptatibus dedito, eiq; tam facile  
sentiatur mens immortalis, quasi propria sui incuria jam æterni  
dormiret, quæ *Helmontii* querela est, *tr. dem. id. §. 29.*

§. 9.

Ex quibus nunc expeditum satis est, *penitiores manie* *Ca-*  
*pervestigare* ; quarum *immediatam* in irregulari & impetuosô in-  
torum animalium spirituum motu suprâ posuimus. Hi namque  
natura sua temperati, humidi, puri, lucidi, sedati, functiones suas  
cundum idéas in lumine eorum pictas, ad mentis dictamen, rite  
dineque obeunt ; sic intemperati, impuri, ignei, impetuosissimi  
non ad rationis tantum & sensuum exercendos actus inhabiles  
sed excussio etiam istius regimine, propria conceptarum, sed con-  
sarum idearum libidine ferinô motu quaquaversum feruntur  
impetu, non aliter

*Ac si carceribus se se effudere quadrigæ,  
Addunt se in spatium & frustra retinacula tendens,  
Fertur equis auriga, nec audit currus habenas :*

Unde cogitationum impetuosarum tot æstus perpetui, tot  
compositi mores, gestus feroces, loquacitas & similes inordinati  
tus, igneo spirituum genio respondentes resultant.

§. 10.

*Causam mediatam proximior* læsam animalium spirituum  
contemperationem, cum *objecti*, tum *efficientis cause* vitio, asserim  
*Istud* vitalis Spiritus constituit, ab exaltato & efferato  $\Delta$ e  $\Theta$ eque  
gvinis vol. & depressis incoctisvé temperantibus liquidis lymph  
cis particulis evectus, liberior, impetuosior factus, qui inordinatô  
ptu cerebri oras irruens, & intemperatus, impurus, glandulas he-  
perrumpens, medullæ incolas, animales Spiritus, turbat, accendi  
maniaci adaptat tumultui. Et ne de sanguinis hac constituti-  
multum ambigamus, genarum iste in maniacis rubor & emissus  
venam sectam præter modum rutilans, cinnabarinus, æstuans &  
quasi omni prius sanguis quodammodò disvadet.

§. 11.

*Hanc* ipsa animalium spirituum cathedra & universitas, præ-  
laudato illustri *Verulamio* in *hist. V. & M. §. §. 40.* Cerebrum au-

maximè quoad glandulas, constituit. Harum officium esse, ut purissimam æream elaborent lympham, quâ cum temperata lucidæ vitalis flammulæ moleculæ in animales transeant Spiritus, supra §. 7. innuimus: eò ergò quavis de causa deperditò, intemperatus, igneus, impetuosus, & animalibus mentisque muniis impar, ast furori patrandò aptissimus evadat animalis Spiritus, necessum est. Neque enim objecti, fervidioris sc. sanguinis respectu, impedita solummodò hîc est cerebri ista temperandi actio, velut in Phrenesi & deliriis febrilibus aliis, quin & ebrietate nonnunquam accidit; sed proprio potissimùm ipsius cerebri, eoque vel per ἰδιον αἵματος, vel per δευτερον αἵματος, ex intemperie (per quam non nudam qualitatem, sed defectum æreæ purissimæ lymphæ intelligi volumus) aut conformatione, contracto deperdita vitio. Hac np. parte, Hippocratis eloquio, sana, sapimus maximè & intelligimus, & videmus & audimus, & turpia & honesta cognoscimus, malaque & bona discernimus. Eademque ipsa autem & insanimus, & deliramus, cum minimè sana, sed naturâ calidior, aut frigidior, aut humidior, aut siccior, aut aliam quandam præter naturam & consuetudinem affectionem senserit, *libr. de morbo sacro.*

§. 12.

Quò quidem modò decantatam, sed multis hodiè immeritò exosam, animalium spirituum *accensionem*, quam antiquissimæ Hippocraticæ conformem doctrinæ, pro continente Maniæ causâ unò ore allegavit Antiquitas, optimè explicari posse putamus; siquidem & delinquentem hîc sanguinis constitutionem adustæ bilis (modò genuinè hanc interpretemur) nomine non obscure expressit, cui tamen à Platero addita occulta qualitas profectò hîc insons accusatur. Bilis namque materiam sulphureo Θnas sanguinis particulas præbere, & analysis ejus docet, & aliàs abundè evictum est. His autem errore externo & secernentium hinc viscerum, hepatis præsertim ac lienis vitio, plus justo collectis in sanguine & variè exaltatis, absumtoque frenò harû, lymphæ, sulphuream calidam sanguinis diathesin, exsurgere, quam biliosam, & ex incocta lymphæ, adustâ, aut ex confermentatis sylvestribus Θbus, atrabilariam, cum antiquitate vocare possis, quid impedit? quæ verò ad furoris inregiâ mentis sede conceptionem quantum contribuat, ex §. 10. elucescit. Nec adeò diversum

hinc abire ex novissimis C. L. Bellinus, quando præmissa sanguinis  
 malia; Sanguis igitur, inquit, ex calore libero & partibus duris, si  
 ac fixis compositus per motum suum naturalem à corde conceptum  
 rivetur ad glandulas cerebri; inibi igitur educi debebunt ex ipso  
 males Spiritus, qui cum à fixis partibus solvi & elici non possint,  
 ducentur ex solo & puro calore, qui proinde si quid adhuc re  
 dantis humidi permixtum habet, in glandulis iisdem deponet, &  
 rivabitur intra nervos tantum non purus ignis, vel quicquid  
 potest igni simile ratione velocitatis, impetus & violentiæ, adeo  
 producentur & fluent per nervos Spiritus maximè liberi, summa  
 locitate atque impetu præditi &c. in tr. de morb. cap. de mania la  
 videndus.

§. 13.

Lucem dictis foenerat *remotiorum causarum Catalogus*, cum  
*rebus naturalibus, nonnaturalibus, & præter naturalibus* istas affe  
 noster in animalium Spirituum ignitione fundatus inserit, quæ sulph.  
 gvinis acuendo, exaltando, augendo, lympham corrumpendo, au  
 mendo, sicq; temperiem cum totius, tum cerebri cum primis inun  
 do, & Spiritus in inordinatos, impetuosos motus concitando, in  
 movenda indole ista conspirant. Quarum potiores dum hæc deli  
 animus est, ex naturalibus istud *Temperamentum* aptius se huic sisti  
 fectioni, quod ætas, igneis micantes atomis particulas lymphaticis m  
 tum superiores habet, h. e. *cholericum*, & ex hoc ac melancholicor  
 xtum, quod *atrabilarium* vocant, quibuscum si *siccior & laxior g*  
*dularum cerebri constitutio* consentiat, accedente irritante occasio  
 causa, de facili excitari mania potest. In utroque radicata videt  
*hereditaria dispositio*, propagata simul in foetum mediante semini  
 Spiritu parentum arrogantia cum tota inclinationum seminali  
 profapia, qua de *Helmontius tract. morb. arch. §. 15. seq. & dem.*  
 §. 38. videatur.

§. 14.

Ex *nonnaturalium* familia, ær siccitatis calorisve exced  
 æstu, quo canes etiam in rabiem adigi observantur, furoris conce  
 onem insigniter promovet, uti veneta ista meretricula post capitis  
 vacuum capillos solem versus apricans, eodem correpta testat  
 apud *Ralsincium ord. & meth. cognosc. & cur. maniam, c. 11.* Præ  
 ære

*ærem calidior victus potusq; ratio* multum confert: quò nomine *con-*  
*fectio anacardina*, quæ sapientum aliàs dicitur, stultorum confectio  
*Hoffmanno* audit, dum quosdam usu hujus memoriam sibi parare al-  
 laborantes, maniacos redditos esse, refert *l. 2. de med. officin. c. 62.*  
*S. 2.* Pertinent huc spirituum humorumque anomaliam, frustrata  
 mumiali confermentatione, inferentia *Philtre & assumpta toxica alia*,  
 uti de comestis aconiti foliis *Willisius l. de anima brut. p. 2. c. 12.* & de  
 Solano furioso alii annotant, vid. *Sennertus prax. l. 1. p. 2. c. 15.* *Ebri-*  
*etas* verò quid aliud, quam voluntaria insania, *Senecæ* elogio? cui  
 accedens *lucubrationum*, lymphæ deprædatricium, intempe-  
 rantia, fœcunda furoris mater existit; sicut alia inter notum juvenis  
 exemplum, qui interdium vino generoso, noctu studiis inserviens, fu-  
 riosa morte sublatus est, apud *Höferum in Herc. med. l. 1. de aff. cap. 7.*  
*Vehementiores tam corporis, quam animi motus*, mœror præsertim  
 immoderatus, amor, æmulatio, superbia, vindicta & genuina mania  
 foror, ira, dum benignum microcosmi rorem absumunt, corrumpunt  
 & Spiritus supra modum commovent, confundunt, efferant, accen-  
 dunt, quantum contribuant, & *Pergamenus 6. aph. comm. 23 innuit*,  
 & hystoriæ passim obviæ abundè testantur. Nec reticendæ tandem  
 sunt *excernendorum, mensium* cum primis ac *seminis retentiones*,  
 quorum acribus seminalibus effluviis efferatum sanguinis ♀ & cor-  
 rupta reflua à genitalibus lymphæ temperiem cerebri & puram spiri-  
 tum schesin imutando, ortarum hinc imaginationum venerearum  
 ductu, ad furorem, quem uterinum in fœminis vocant, sæpè sæpius  
 incitant: uti de nobili matronâ ex *Placero l. 1. pr. c. 3.* & de Virgine  
 apud *Leonem pr. c. de man.* constat, quæ ex retento semine enato ve-  
 neris desiderio tanto correptæ furore, ut per agros sylvasque errantes  
 quosvis turpissimis gestibus verbisque ad coitum provocarent, & re-  
 nuentes convitiis & verberibus peterent.

*S. 15.*

Ex *præternaturalibus*, causarum vicem subeunt, quæ icerebri  
 temperiem & conformationem frangendo, igneam spiritibus dyscra-  
 siam conciliant. Sic variolis, febribus ardentibus, epilepsiæ, phre-  
 nitidi, melancholiæ, vulneribus capitis, morsibus animalium rabio-  
 forum, quin & hominis furentis, successisse maniam, hystoriæ testan-  
 tur ex *Foresto l. 10. obs. 27. Hildano l. 6. obs. 82. Boneto in med. sept. p.*

§. 16.

Agmen caufarum claudant *res, quæ natura transcendunt sp  
ram*, quarum tragœdiam cum instrumentis suis *Satanas* agit,  
morbo se huic immiscere sæpè observatus est. Datum namque  
justissimi Numinis permiffu impuro spiritui, pro mirâ, quâ polle  
gendi subtilitate animæ sensitivæ, seu spirituum animalium sy  
non atomos solùm seu corpuscula heterogenea immittere, adeo  
functionibus ejus modò stimulos addere, modò vincula injicere,  
dò eas in perversum rapere; sed ipsi se insinuare humano corpori  
quasi alteram animam potentiorẽ ei cõextendere, singulasque  
tes & membra insolito vigore pro libitu suò actuare, regere & ac  
cinora immania ac supernaturalia incitare, veluti CL. *Willisius*  
morb. convuls. c. 7. disertè scribit, id sanè longè videtur certissim  
Quandoquidem duos illos apud *Matth. 8. v. 28. Marc. 5. v. 21*  
*Luc. 8.* energumenos ipsæ testantur *Sacræ literæ*, & ex his *S. Pater*  
plerique idem asserant; quanquam sint, qui ad naturales causas  
solutè illa referant & contrà ea morbos omnes dæmoniacos  
*Kozackio tr. de hæmorrh. alii æstument.*

§. 17.

*Differentiæ* Maniæ cùm ex recensitis hætenus facilè co  
gantur, iisdem hîc multum non immorabimur, quæ enim à *form  
subjecto, causis & tempore* potissimum desumuntur. Ut potius  
tamen tangamus: I. Ratione *formæ*, Mania alia est commun  
sumta, delirium scilicet furiosum sine febris in genere, quæ non  
considerationis est; alia in specie cum aquæ & limpidorum om  
um metu & aversatione, quæ Hydrophobia dicitur & peculiar  
meretur tractationem. II. Ratione *subjecti*, alia est primaria &  
diopathica, in qua cerebrum, ejusque incolæ animales Spiritus  
se & primario afficiuntur; alia sympathica, aliunde, ex hypoche  
driis scilicet, vel utero, tanquam ex foco, affectis dictis Spiritib  
III. Ratione *causarum*, totuplex est mania, quotuplex extantior  
guitur causa; hînc alia hæreditaria, alia acquisita est; alia à philt  
dæmone &c. inducta, ex suis quævis eruenda signis, quibus hîc  
per

rari, instituti vetat ratio. IV. Ratione temporis, alia recens est, alia inveterata; alia continua, perpetuò ferociens æstu, alia interposita vel intermittens: Quæ tamen intermissio rarò sincera est, præsertim quandò per se furor desit. Nonnullos namque, qui penitus uti morbo videbantur, aut veris tempus, aut error in viâ, aut casu aliquò proritata ad furorem denuò revocavit, teste præter hos Aretæo libr. 1, de curat. diuturn.

§. 18.

Visis mania Causis in genere, *Phænomena* restant, quorum tria e cæteris se explicanda offerunt: furor sc. ἀνωρε, sine febris (essentialis & infallibile morbi huius ἀρχή) robur insolitum & frigitolerantia, ex ignea animalium spirituum diathesi deducenda. Sitò namque, Spiritus hos naturâ suâ lucidos, humidos, ex igne & uâ, certâ lege confederatis, juxta Hippocratem temperatos esse, texturam eorum talem ipsæ animales operationes, non ignis tantum vigore ad evibrandas actiones, sed & aquæ mollitie ad recipiendæ impressiones perficiendæ non obscure videntur requirere, oportet sanè ex vitiatâ horum symmetriâ, dum vel ignis exorbitat, aut desit, vel aqua, spirituum crasin ac formam multum immutari, & proversâ horum anomaliâ, sensuum etiam motusque diversa scaturire. Id quod citatò de diætâ librò expressè pronuntiat laudatus nex: Ex his autem, *ajens* (igne & aquâ) ubi contemperationem ima habuerit, prudentia & memoria maximè valet. Quod si autem aliquo super inducto usa fuerit & horum quodcunque increverit, contabuerit, imprudentissima evadit. Et inferiùs paulò: Prudentis igitur & imprudentis animi hæc contemperatio causa est, vetat à me scriptum est.

§. 19.

Sicut ergò Serenitas spirituum & temperatus splendor hilarem animum ac prudentissimam mentem, cuius quippe vigor à Spirituum vigore maximè pendet, conciliat: Sicut e contrariò exsuperans eorum aquositas torporem infert, in stupidis, & concentratio eorum tenebræ mæstitiam cum terrore incutiunt, quem externæ illæ diæ non possunt, in melancholicis; Sic intemperatus ac flammeus eorum vigor, mentis eludens regimen & corporis ultra efferri nitens ambitum,

*furorem, audaciam, vigilias & similes sibi specierum excitare  
producit in maniacis. Vid. Hippocrates l. c.* Sunt nempe Ma-  
fi loqui ita fas est, melancholici inversi. Hi taciturni  
omnia timent, illi nihil; sed clamosi sunt, vociferantes, co-  
ptus continuè deliros foventes. Increpant amicissimos, obvios  
cunque bestiarum instar invadunt, lædere gestiunt & morfu, un-  
bus ac quibuscunque possunt modis, ni caveant, lædunt. Et  
mens in efferatos ita Spiritus lucere ritè non potest, nec pudore  
lum præ se ferunt, nihilque pro sano, ac ne pro homine quidem  
aut patiuntur, d. propria stercorea devorant, industria permere  
quin in vincula, lectum, stramina, vestes seq̃ ipsos sæviunt, & fu-  
signa exerunt. Quamvis autem illum non rarò occultent  
blandos & humanos simulent, iis tamen non æque fideles  
quandoquidem per insidias exercere furorem intendunt. Co-  
munes tamen cum melancholicis habent vigilias & p-  
tasmatum continuam volutationem, ut adeò maniaci  
gis ad extra, melancholici ad intra magis delirent. *Ingenti-  
que robore pollent*, ut larvis illos agitari & à damoni  
invectam esse insaniam, vulgus sibi persvadeat, dum pluri-  
perantes hominum vires & vincula rumpunt & fores effring-  
flammigeris æstibus ardentium instar leonum, non homin-  
quod verò robur *verum* partim est, ob citatum ignitorum &  
ratorum Spirituum continuum in musculos & tendines impo-  
partim *quasi tale*, ob mentis impeditum usum, undè cum ac-  
cissimi sint, & persistent, nec pericula timeant, ea agunt, quæ  
mentis non præstent, nec audeant. Audaces & hîc fortuna ju-  
*Intensissimos* prætereà *aëris rigores denudati licet, non sentit*  
(rarius siquidem hoc lædi observati sunt, ut qui  
*Riverius pr. l. 1. c. 13* annotat) non quod ex mentis  
miseratione insensibilis diffuens radius, virtute sua,  
elementis superior est, amentis corpus mortali frigoris importun-  
eximat, ut *Helmonius tr. dem. id. §. 43.* opinatur: Vulnere  
& plagas facile perferunt, carnes crudas & res foedissimas devor-  
nec gravissimos foetores, sensu quasi omni destituti, percipiunt m-  
aci; quia recipiendis omnium horû, hinc & percipiendis impre-

as incapaces sunt ob liqvidi defectum igniti Spiritus, quos flammæ  
si vigore ferventes rubensq; vultus depingunt. *Febri* verò, quod  
non monendum loco erat, *carere*, testatur calor & pulsus respectivè  
abilis, & absentia læsarum actionum vitalium, præsentia aliarum.  
eas namque maniacos cæterà sanissimos, nisi quod insani sint,  
nt, voraces sunt, vix saturandi sape. Testatur morbi longitudo,  
cium, vincula vitalia, sanguinem & lympham non dissolvi ita, ut  
bribus fit totò die; quia nulla adest fermentatio præternaturalis,  
a putredo, ut loquebantur veteres, sed æqualitas adest in illà  
intemperie.

§. 20.

Enumerata symptomata si modum excedant, inauspicatam  
nosin habent, juxta 6. aph. 53. ubi Cōs: αἱ παραφροσύναι, αἱ  
μετὰ γέλῳτι γινόμεναι, αἱ σφαλέεσαι, αἱ δὲ μετὰ σπασμῶν,  
σφαλέεσαι. Deliria cum risu accidentia, tutiora. At cum ad-  
o studio, seriâ audaciâ & excessiva ferociâ, periculosiora. Quan-  
n enim morbus, ob ipsam æquabilem efferationem & non dislo-  
vitalia vincula, per se lethalis non sit, curatu tamen tam sua na-  
quam ob ægrorum, tum medicis, tum sibi met ipsis inimicorum,  
edientiam, difficilior, & diuturnus, quin imò, si ab exhausta ce-  
lymphæ & hecico quasi cerebri statu, eo usque efferati sint  
us, ut concentrici reddi nequeant, ope nostra ut plurimum pla-  
ncurabilis est, nisi Deus & natura eosdem restituat, ut excellen-  
ius *Ammannus in Parænesi ad disc. p. 188. monet.* Quò *Senex*  
α 6. aph. 21. respexit: Τὸ γὰρ inquiens μαινόμενος γὼς κίρσῳν ἢ  
ῥῥοῖδῳ ἐπιγενομένων, μανίης λύσις: quo de, ut & aliis, quæ  
ume ventus spectant, latius, sed eleganter egit laudatus *Bellinus l. c.*  
*seqq.* Quia ergo diuturnum malū est, securitatis causa in peculia-  
s claustris, *Tollhäusern* / optimo consilio custodiuntur, ubi ad  
nam sæpe senectutem inter, fœdissimas sordes, & summas viven-  
niserias miserrime tandem finiunt vitam. Curati autem simpli-  
plerique fiunt & statis sæpe periodis furoris accenduntur de-  
faces.

§. 21.

*Curationis* summa in hoc præcipuè consistit, ut Spiritus ani-  
malis

malis temperiei, puritati, nitore & motui pristino naturali restitutus.  
Ad quam obtinendam in id laborandum unicè, ut effrene feroces ac igniti Spiritus demulceantur, temperentur, ligentur, effere sanguinis sulph. dometur & lymphâ incocta ac deficiens restitutus.

§. 22.

Ex *Fonte Chirurgico*, sanguinis æstus ventilant ac effluunt. Spirituum motus potenter coërcent ac supprimunt crebriores sanguinis per venas arteriasque minores, μέχρι λεπτοθυμίας emissi quandoquidem multos maniacorum, a medicis derelictos larvatos & frequenti sanguinis missione restitutos esse, *Plateri* aliorum observationibus constat. Nec de nihilo omnino esse sanguinulentum, v. g. vel ovilli, initium utpote & ab omni fere affectu initium animalium, in venam maniaki, famosam, ut fit, ab initio exoletam jam fere *transfusionem*, experimenta svadent *Parisiis* & de quibus *Actaphilos. Societat. Reg. in Anglia Mens. Febr. 1668. Jun. 1668. consulantur. Vid. etiam Lovverus de Corde.* Multo quoque auxilii promittunt *Prædici* ex cucurbitulis scarificatis, scarificationibus, *Trepano* & ultimis istis, licet non usitatis æque remediis. *Stratione & apertione apicum digitorum Paracelsica*, in quibus similis tamen cautius procedendum.

§. 23.

Ex *Pharmacia* penus, primo se loco nominanda offerunt validiora *Emetica*, præsertim, ☉is splendentia radiis, ut sunt trum ☿ij ☉re, ☿ vitæ, ☿ emet. cum ☉ fulminante vel cinnabari maritati &c. Hæc namq; latentem in ventriculo & conterminis partibus si non mineram, nutriculam certe morbi, exterminant ipsos ferocientes Spiritus, motibus istis ventriculi consternatos compellunt ac in ordines quodammodò cogere docta sunt, ut mireris, quomodo mites mox inde maniaki fiant. Nec *Clysteribus emollientibus*, & ordinarie alvus adstricta sit, & medicamentis *deobstruentibus*, helleborinis, ☿eis, ☿libus, pro sedandis primarum viarum effervescentiis & parando adustis biliosis humoribus exitu sæpius usurpata laus deroganda: ut sunt Infusum & extract. hellebori nigri simpliciter, in ☿ anagallid. dissolutum, crysalli ☿i s. & ☿les, ☿ simpl. & Dres, Crocus ☿is aperitiuus, Tr. ☿ ☿is, pomat, cydoniat.

arindinata, accessione arcani ☿i, liquoris ☿tial. Spirit. ☿i,  
\*ci, pro circumstantiarum ratione roborandæ; quorum virtutes  
sanguinis etiam emanant massam, corrigendæ sulph. hujus dia-  
si apprimè convenientia.

§. 23.

Sedatō sic quodammodò spirituum humorumque impetu, &  
ato penitiori aliis remediis aditu, in auxilium vocanda sunt, quæ  
ritibus concentrandis, sanguinis sulph. obtundendo, & lymphæ vi-  
randæ in furoris exterminium unitâ vi conspirant. Ex his ut po-  
ra quædam trium regnorum referamus, internè eminent (α) ano-  
a, tām fixiora mineralia, ☿lata, ☿rea, ☿lia & Cinnabarina fixiora,  
spirituum humorumque; serenativâ & sedativâ illustria; ut sunt sulph.  
li anod. & qui hujus ratione multum præstat, Spirit. antepilept.  
rtmanni, sulph. ☿nij purius & fixius tertiæ præcipitat. cum Spir. ☿li,  
ctur. ☿nij genuina, Cinabar. nativ. granulata sublimata & lon-  
re circulatione magis fixata, & ☿lis, communis, aut ☿is ditata astro,  
bilior; quàm *Vegetabilia*, & quod in genere anodynorum omnium  
ex est, minimum mole, at maximum facultate, *Opium*, fermenta-  
nis præsertim beneficio, enchiresi *Langelottianâ* aut *Boyllianâ*, cor-  
tum. Cujus blandum resolubile sulph. sicut ∇ eis substantificis nu-  
efferatum sanguinis sulph. frenando, hiantes cerebri poros occlu-  
do & ferocientes in istis Spiritus ligando, sicque temperie cere-  
quadantenus restitutâ, exoptatum somnum procurando, hâc in-  
atissimum; ita sine illis, ob microcosmici menstrui, lymphæ de-  
um, frustraneum prorsus est, monente more suo Excell. *Wedelio*,  
*mænit. mat. med. p. 445.* nec inoxium omninò, annotante plus ju-  
quidem, *Helmontio tr. dem. id.* Ad restituendum ergò hunc rosci-  
n defectum & temperandas cerebri glandulas, anodynis jungen-  
(β) *ερεγγυτικὸς βυμετάντια*, ∇ nim. simpl. aut hordei, ☿ depu-  
o, ☿to alterata, vel, quod specifici loco extollunt, decoctum ana-  
lid. & fumar. cum sero caprino, Spirit. ☿li vol. cephal. aut  
legmate hujus irroratum. Commendant se quoque ∇ æ refri-  
antes, bugloss. borragin. nymph. lactuc. anagallid. hyperic. ce-  
nigr. & nomine hoc composita ∇ hypnotica *Dorncrellii*, accessu  
C semi-

feminum 4. frig. maj. pceon. pap. alb. lactuc. amygd. dulc. in *Em*  
*siones*, solatia maniacorum, aut cum acidulis in *Julapia* redactæ, c  
 brius, etiam potus ordinarii loco, largiori modulo, usurpandæ. I  
 ferimus huc ad restituendam cerebri humiditatem, contemperan  
 spiritibus debitam, magni semper æstumatas genuinas perlarum  
 lutiones, quæ cœlo suo hyadas stellasque pluviales continent, gr  
 & balsamico rore humidum radicale foventes, siriumq; microcol  
 marcorem & cerebri siccitates inducentem imbribus suis tempera  
 tes, experto acutissimi *Job. M. Marci à Kronland* judicio, in *Consil. secu*  
 His (γ) accedant ex ☉ veluti creaturâ ad condensandos Spirit  
 propriâ & electâ, juxta laudatum *Verulamium l. c. p. 527* parata: ☾  
 videlicet depuratum, ☿at. ☼lat. corallat. perlat. ☿t. Enisat. sang  
 nis utpote rarefactionem nimiam & consequentem lymphæ de  
 ctum, exhalationem, incoctionem remorantia & flammeâ uume  
 sticitatem mirè supprimentia. vid. *Sennertus l. c. 5 (d)* efferatum sa  
 gvinis sulph. itidem insigniter obtundentia, ☿stantia & adustum p  
 renales tubulos excludentia, *acida* : ut, succus citri, acetosell. acet  
 ☿minerales acidi, ☾, ☉, ☿, ☼li striat. volat. cephal. roridum ☼  
 phlegma, abstractione à ☿☼recens ☿to anodynâ vi imbutus, ☿ap  
 rit. Penot. Tinctur. aperitiv. Moeb. simpl. & ☿t. Mist. simpl. ☿l. Clyst  
 ☿nij sulph. & cum his paratæ Tinctur. ros. fl. 4. cord. bellid. &c. Nec  
 Spiritus, sanguinem lymphamq; lumine suo ac heterogenorum h  
 stiliū odorū absorptione & per convenientia cribra exclusion  
 ferenantia ac concentrantia *terrea, marina, metallica* omittenda sur  
 Laudantur præter enumerata Cinnab. & glia, cerussa ☿nij. bez. m  
 nerale simpl. & compos. ☼re, ☼re, ☼e, ☼le, Sachar. Eni, ☿, Tinctur.  
 magist. ☼næ, conchylia, lap. 69. corallia, horumq; Tinctur. temperat  
 terra sigillat. bolus armen. perlæ. lap. pretiosi & ex his c. aliis compo  
 sita officinalia, species de gemmis fr. diamargarit. fr. cordiales tem  
 perat. specif. cephal. pulvis epilept. March. cord. albus, confectio d  
 hyacintho, Electuarium de gemmis Mesue &c. Hæc autem cuncta  
 inter se & cum aliis pro varietate circumstantiarum ita miscere & op  
 portunò tempore, nunquam autem non cum humectantibus, propi  
 nare convenit, ut plures simul ac potiores scopos feriant.

Ex *specificorum* numero, apud collectores horum ubertim  
lendo, *asininum sanguinem* retrò aures collectum celebrem fecit  
D. D. Michaelis, referente Fr. Hoffmanno, *meth. med. p. 291.* in fre-  
quentem simul usum tracta Tinctura anagallid. & hyperici *Monsichti*,  
us auxilii potissima ratio in seminalibus torpidi animalis ideis,  
iosos spiritus placantibus, quærenda forsan, non neglecto tamen  
lecto simul inde sudore.

## §. 25.

Inter *Topica, epithemata* arrident *refrigerantia* & *tempe-*  
*ria* ad testes, pulsus, frontem, ex  $\nabla$  ros. nymph. hyperic. semper-  
. decoct. lactuc. aceto ros.  $\odot$  gto, sach. **B**ni, camphora, opio,  
bus Spir. & sanguinis æstus mire compescitur. vid. *Rulandi cu-*  
*emp. cent. 1. de mania.* Nec de nihilo est opium thebaic. cum  
phora in vino, vel ol. ros. dissolutum & narium foraminibus,  
poribus ac pedum plantis inunctum, juxtà *Hollerium in oper.*  
*Æ. c. 6. p. 38.* Spiritibus v. blandius demulcendis & corrigendæ  
ebri intemperiei maximè conferunt *animalcula viva*, catelli, gal-  
e, columbæ, hirundines, dissecta & calidè bregmati admota, vid.  
*erius in prax l. 1. cap. 13. de man.* Ad totius denique corporis  
xarescentium capitis glandularum humectationem, *Balnea*  $\nabla$   
*is*, humectantium, refrigerantium & paregoricorum admisione  
perata, *It. pediluvia & capitiluvia* convenientia laudatissima sunt.  
ibus ultimò *submersionem in aquam* à Celso lib. 5. *medicina sua*  
27. ad hydrophobiam commendatam, & in Mania quoque ab  
*montio l. c. §. 44. seqq.* exemplis comprobata, addimus, ut  
refacti hac ipsa exorbitantes & oestrò velut perciti Spiritus remit-  
e à fastu & in centrum redire suum discant.

## §. 26.

Pharmacix *Dietæ* etiam exacte respondeat. In *vitali* igitur  
fit temperatus, moderatè humidus, ad frigiditatem tamen incli-  
nans.

nans, & insperſione plantarum inſrigidantium ac ſvaveolentium.  
vitis, ſalicis, hyperici, borrag. bugloſſ. fragar. fl. roſ. nymph. nec  
terræ recentis & puræ odore, quem ad compescendos Spiritus in  
tiis habet laudatus *Verulamius l.c. p. 530.* alteratus, & emanantibus  
Croco, opio, camphorâ particulis imprægnatus. In *Naturali*,  
aus ſit tenuis, frigidior, humectans, quem *Hippocrates l.c.* præſcri  
iis in genere conſtans, ex quibus dulces halitus, roris opifices, e  
runtur. Potus ſit ▽ ſus, copioſus, ☉ ſis, acidis, oleoſis blandis ebr  
In *Animali*, excretoria conſveta ſint aperta. Motus corporis, qu  
licet, compescatur. Si moderata conſilia nil valeant, ſeverior,  
prudens adhibeatur diſciplina. Ligetur æger lineis vinculis, & feri  
ad reſipiſcentiam & rationis leges reducatur. Animi pathem  
ethicâ moderatione componantur. Deliniantur èfferati Spirit  
mellitæ verborum globulis, & blandiſonis muſicæ modulis ac ſva  
bus ἀναθυμιάσεις demulceantur. Tribus: in id nitamur op  
omni, ut communi ſenſuum motuſq; vinculo, ſomno, ligati Spirit  
ad priſtinam redeant temperiem, advocata Omnipotentis ope, c  
jus Nomini, quo cœpimus & finimus, ſit laus & gloria  
æternatura.

F I N I S.

